se reducere, et ad salutem revocare: non operosum
cognoscere, parabolam quidem hanc docere humanam
[..]am compagem ~~beneficae~~ manus opus ab initio fuisse.
Omnino enim perdita ista ovis, quum in caula cum reli-
quis incolumibus ante fuisset, postea a grege abscedens
in viam, quae ad perniciem ducebat, per errorem devenerat.
Nec enim quod ab initio ex pernicie natum est, nullam in se ~~nec fa-~~
cultatem ~~quidem~~ habet ad salutem redeundi: sed potius
perti ibi, atque servari omnino non licet. Sed neque perni-
cies ei accidisse potest: siquidem, cum nasceretur, ex
malo progressum principio, nunquam neque bonitatis
neque salutis particeps fuit. Ubi enim quis nunquam
fuit, qua inde ratione decidisse dici queat? Quique
expers salutis ortus, quomodo in periculum salutis ad-
ductus, aut omnino perisse dici potest? Verum aman-
tissimus humani generis Dominus noster, # cum se multis locis
aliquis, quod perierit, mentionem faciat, nunquam tamen
ingenitam ei ~~[illegible]~~ pravitatem atque perniciem signifi-
cat, imo ne quidem id facere cogitatione argui potest. Sed
potius ~~quod~~ postero tempore ab ordine bono, atque commercio
cum aliis, atque societate avulsum in perniciem abre-
ptum esse ~~fuisse~~ intelligi vult. Ait enim: <u>Quid vobis
videtur, si cui homini sint centum oves?</u> En centum
illae oves, quae grex sunt omnis, ab errore liberae. Nulla
earum adhuc neque in errorem neque in exitium data.
Tum deinde: <u>At si ex his una aberraverit</u>. Id est,
a grege incolumium discesserit, a non errabundis aber-
raverit

idemque doctor, autorque veritatis